



# QVINTILIANI MANDOSII

ROMANI,

IURISCONSULTI CLARISSIMI,

IN REGVLAS IVDICIALES CANCELLARIAE  
Apostolicæ Lucubratiſſimi Commentarij.

*In quibus ne dum ea sunt, quæ ad veram ipsarum Regularum explanationem  
pertinent, sed multa etiam habentur ac varia, tum cognitione  
dignissima, tum Iudicibus, causarumq̃  
Patronis utilissima.*

Cum gemino Indice titulorum, & sententiarum insignium copiosissimo.

**NON SINE PRIVILEGIIS.**



*Num. 52. cap. 5.*

*Num. 8. 23.*



ROMAE Apud hæredes Antonij Bladi,  
M D L X X I I.

*Bibl.*

*Regula Cancellaria qua in hoc libro continentur.*

<i>Regula xxi. de Impe. beneficia viuentium continet quest. 10.</i>	<i>fol. 1.</i>
<i>Regula xxij. de vniouibus continet quest. 14.</i>	<i>fol. 11.</i>
<i>Regula xxiiij. de Mendicantibus continet quest. 4.</i>	<i>fol. 27.</i>
<i>Regula xxv. de Male promotis continet quest. 6.</i>	<i>fol. 31.</i>
<i>Regula xxvi. de moneta continet quest. 3.</i>	<i>fol. 40.</i>
<i>Regula xxvii. de Vacan. per promotionem continet quest. 6.</i>	<i>fol. 44.</i>
<i>Regula xxviii. de Non iud. iux. for. sup. continet quest. 20.</i>	<i>fol. 49.</i>
<i>Regula xxix. de Regu. cancel. producen. continet quest. 3.</i>	<i>fol. 69.</i>
<i>Regula xxx. de Subrogan. colli. continet quest. 15.</i>	<i>fol. 72.</i>
<i>Regula xxxi. de Verifi. noti. obi. continet quest. 8.</i>	<i>fol. 83.</i>
<i>Regula xxxii. Quod commif. cau. lite. non expe. continet quest. 16.</i>	<i>fol. 93.</i>
<i>Regula xxxiii. de Impe. bene. vacan. per obi. fa. Cardi. continet quest. 32.</i>	<i>fol. 113.</i>
<i>Regula xxxiiii. Signa per fiat. &amp; Conces. continet quest. 14.</i>	<i>fol. 152.</i>
<i>Regula xxxv. de Annali continet quest. 90.</i>	<i>fol. 164.</i>

BRITISH MUSEUM

EX LIBRIS

DIVO PAVLO IIII. PONT. OPT. MAX.  
QVINTILIANVS MANDOSIVS.



**S**Aepenumero, Pater sanctissime, mihi rerum humanarum, ac diuinarum rationem pro viribus accuratè perscrutanti, duo clarissimi viri in sacris literis maximè celebrati in mentem venerunt. Alter singulari, atque excellenti sapientia Salomon Rex; alter incomparabili, tum corporis, tum animi fortitudine praditus, Sanson. Quorum, Et si in diuerso genere, praestantia maxima fuit, tamen in te uno utrunque multo magis iam, inde à primis annis exoriri, Et tandem succedente aetate insigniter florere diuino quodam beneficio visum est. Cum enim Salomon Rex sapientissimus duas aedificauit domos, alteram, sanctam, Deo, alteram regiam sibi: Sanson item, multa pie, non minus quam fortiter gesserit. Tua certe multo est praestantior sapientia, multo item, admirabilior felicitas, ac fortitudo. Tu enim is unus es qui haesum templis disiectis, haesibus extirpatis, horrendisq; monstris domitis, Dei ecclesia collabente propè iam per te restituta, veram, religionem reuocas, caeli viam omnibus digito monstras, Sacrum Deo templum, aedificas, regiamq; domum, quam iam construere capisti, super iustitia columnis fundasti, tuaq; tandem opera, ac prudentia pro vtriusque domus ambitu, orbis Christiani circuitum praescripsisti, Aulam denique regum, publici auditorij aulam constituisti, ubi in throno iustitiae sedens tanquam clarissimum, totius mundi lumen, fulgentibus stellis circumdatus praclaros tua sapientia, iustitia, Et pietatis radios in omnes populos effundis, noua iura, novos canones promulgas, quae sequenda, quae ue declinanda sint, decernis, tribunalia instauras, veramq; viuendi normam omnibus tradis: Et denique ex patrum sacris decretis, Regulis (quas Cancellaria vocant) excerptis, in unumq; miro ordine, ac decenti methodo collocatis, Urbem hanc, ceterasq; omnes Deum verè colentes nationes, Et sanctè regis, Et prudenter moderaris. Quamobrem ego qui iam deseruiens assisto lateri amplissimi, ac religiosissimi Cardinalis Neapolitani nepotis tui, Et patroni mei, ne immunis, aut iners apparerem, succisuiis horis hunc secundum Tomum interpretationum Regularum tuarum Cancellaria, beneficiariam theoriam, Et praxim continentem in tuo sacro monte Vaticano editum, tibi diuine, atque optime Princeps dicendum existimaui. Quem si tua Beatitudini non ingratum fore intelligam, meq; praeterea tua Sanctitatis studiosissimum in tuorum numero esse patieris; Et pro illa tua summa charitate feceris, Et meam augendo industriam, me ad reliqua, non minoris momenti persequenda impuleris. Viue diu felix, Et tibi, Et tuis, atque uniuersae Reip. Christianae.



REGVLA XXI DE BENEFICIO IMPETRATO PER OBITVM VIVENTIS.



**I**TEM si quis supplicauerit sibi de beneficio quocūq; tanq̄ per obitū alicuius, licet tunc viuetis, vacāte p̄ uideri, & postea per obitū eius vacet, p̄uisio, & quā alia dispositio dicto supplicātī p̄ obitū huius denuo faciendā nullius sint roboris vel momenti.

**E**T ER aliquod longum facturis consuevit illud eo breuius, leuius, & securius videti, quo plures, grati, & dulces comites, ipsi assistunt. Verum sunt nonnulli, qui fortunatos illos viatores existiment quibus contingit totum suum progressum placidis sermonibus, seu vnisonis vocibus vel canibus consumere. Ego vero fortunatissimos putauerim eos, qui disputationibus, opinionum, varietatibus, contradictionibus, argumentis, propositionibus, & replicationibus securo vicissim contententes, ad alicuius magni questu discussionem, veritatisq; indagacionem processerint, & peruenierint, quous igitur in isto longo, aspero, atq; ancipiti tramite perueniendi ad finem optatum, comenti regularum Cancellariæ. Vt plerumq; hactenus vel nisi neminem habere contigerit, cum quodam ultra procederem conceptus meos conferte possem, vel aliquando cum vno tantum D. Sarnensi disserere licuerit, interq; nos nullus esset Paris, nullus Palesmon.

Et partem operis disputationumq; confectæ viæ typographo excudendam iam diu transmisissem, occurrit nobis, ac sese comitem dedit, præclarissimus nostræ ætatis ex partibus Galliarum, tum in theoria, tum in practi D. Petrus Rebuffus, qui primo congressu, sonitu sui cognominis nos increpuit, q̄ huic asperæ semitæ sic eo insalutato nos accinxerimus. Itaq; benigne illum excepimus, tandemq; sese ipse obrulit in parte huius gravis itineris non adfuturum. Pactiq; sumus vt duo nostrum semper contraria argumenta, contrariâq; opiniones in medium afferrent, Tertius vero nunc vni, nunc alteri, nunc neutri, nunc vtriq; assentiretur: Sic igitur felicius iter, quod superest perficiemus, ad veritatemq; ipsam peruiniemus. Et sese primo offert præfens Regula de impetrantibus beneficia viuētiā, quam in duas partes diuido. In prima ponitur prohibitio. In secunda quæ est ibi p̄uisio & quæuis &c. apponitur p̄na in-contrafacientem, seu actus in contrariū faciendus annullatur. Et hæc regula addit antiquis illa verba vs. & quæuis alia dispositio, quæ sapienter apposita fuere ad euitandum plura dubia, quæ sine illis verbis oriri poterāt, dispositio enim beneficiorum comprehendit omnem modum de illis ordinandi, licet in prin. de preben. lib. vi. vbi sub verbo dispositionis venit etiā collatio omnis, inimo etiā tributio Iuris de futuro, & idem sonat quod ordinatio. e. cum tibi ibi alterius dispositionē de test. Archid. in e. cum in illis. & ibi Io. And. col. 1. vers. itē quia verbum &c. & Gemini. in §. illis vero nu. 7. vers. sed quid importat verbum dispositio de preben. lib. vi. & postea subdit, q̄ dispositio potest comprehendere quando fit p̄uisio ex iure deuoluto. Et miror q̄ D. Sarnen. tex. huius regulæ sine hac additione annotauerit. cum etiā tempore sc̄. re. Pau. iii. quo ipse commentarios suos conscripsit eademmet esset regula etiā cum hac eadem additione.

Sum.

- 1 Regula hæc an sit iuri & rationi conformis.
- 2 Hæreditas viuētis vendi non potest.
- 3 Sollicitus de hæreditate viuētis, a lege improbus reputatur.
- 4 Pacta super hæreditate viuētis reprobantur etiā iuramento uallata nu. 5.
- 6 Prouisiones & successiones, in beneficijs viuētiū odiosæ, et prohibita.

A

est ad publicam utilitatem, diuinumque cultum, ad hoc ne diu ecclesie seu beneficia in suspenso remaneant, dicto. c. 1. de conces. præb. ibi non diu maneat in suspenso, sed infra sex menses personis quæ dignè administrare valeant conferantur, & ibi subicitur tex. quod lapsis sex mensibus ab episcopo ad capitulum, & contra, postea ad proximum superiorem collatio deuoluitur, demum ad ipsum summum pontificem deuolutio fit. c. licet de suppl. negli. præla. Quando autem collatio spectaret ad abbatem, priorem, vel alium, puta ex consuetudine præscripta, seu ex priuilegio, illo negligente, ad episcopum collatio deuolueretur, & ab illo ad archiepiscopum, ab archiepiscopo vero ad legatum, seu ad Papam. Deuolutio etiam ad Papam fit in maioribus dignitatibus propter delictum, licet seculus sit in inferioribus c. quæquam de electio. lib. vi. Bal. & abb. in c. in pro defectu eo. Nic. Boe. Dec. 70. quaeritur an prouiso, pro præmissis omnibus, & ad quos fiat deuolutio, videatur omnino distinct. abb. in. c. cum in cunctis. §. clerici post num. 5. vers. & generaliter cum quaeritur ad quem fit deuolutio de electio. & pau. de Citadi. de iur. patro. in 3 art. 6. par. quaest. 26. ubi docet quomodo deuolutio fiat gradatim. Sed in quantum inhdit quod Papa habet sex menses, malè loquitur, quia nullus terminus est Papæ ad conferendum præfixus, nec c. licet de suppl. negli. præla. illud probat, Contrarium autem probatur argumento tex. in. c. nemo iudicabit. & c. seq. 9. quaest. 7. vnde sequitur quod nemo Papam de negligentia arguere poterit, prout eius inferiores. Aduertere tñ debemus quod Papa conferre potest beneficia & deuoluta duobus modis, vel postquam ad eum deuoluta sint omnibus inferioribus in statutis temporibus ad conferendum negligentibus, vel alio modo Papa beneficia deuoluta non solum ad se, sed ad inferiores conferet, puta ob negligentiam abbatis deuoluta est collatio ad episcopum. Papa concutere poterit cum episcopo, vel cum capitulo, cum archiepiscopo, legato, & quocunque alio, & sic Papa semper conferre poterit, vel ratione deuolutionis ad ipsam, seu sedem apostolicam, vel ratione concursus, ad c. cuncta per mundum 9. quaest. 3. c. 2. de præb. lib. vi. & prout declarat Rebuff. super Concos. rub. de collatio. §. si quis vero in ver. deuolutio. Impetrabit igitur quis per deuolutionem, quando supponit beneficium tanto tēpore vacasse quod eius collatio ad sedē apostolicam deuoluta sit, iuxta præalle. c. 2. de conces. præb. & alia supra adducta. Et ex illo c. 2. & aliis iurisibus de quibus supra, elicitur illa clausula in omni supplicatione beneficiaria poni solita v. 3. & tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta lateranens. statuta concilii, est ad sedem apostolicam legitimè deuoluta, de qua clausula loquitur Cassa. Dec. 5. in prin. de præb. & Regula 6. iuxta ordinem antiquum, ibi & eius collatio deuoluta fuerit, ubi aliqua de deuolutione vltra huc posita tractabo. Quando quis beneficium ab episcopo ad capitulum, seu contra, vel ad archiepiscopum deuolutum esse asserit, & ratione concursus ab ipso Papa illud impetrat, in iis terminis loquitur hæc vltima additio regulæ, Concludendum igitur est in omni impetratione beneficiorum deuolutorum, seu quæ a Papa tãquam deuoluta impetrantur, seruandam esse Regulam hanc quoad omnes eius partes. Rursus impetratio per deuolutionem duobus modis fieri poterit, vel cum illa clausula accessoria, & communiter in supplicationibus poni solita de qua supra, puta dum obtinetur beneficium tanquam vacans per obitum, vel alio modo expresso, inserta illa clausula, per quam beneficium acquirere, seu consequi poterit ille impetrans, vel principaliter narrando negligentiam ordinarii, vel alterius ad quem collatio spectabat, & expressè obtinendo gratiam beneficii tanquam propterea deuoluti. Præmissa sufficiant pro declaratione dictæ vltimæ additionis, ac pro commento Regulæ de Annali, & fine huius secundi Tomi.



Impressum Romæ apud Antonium Bladum, impensis D. Michaelis Trapezini mercatoris, & ciuis Veneti. Anno M. D. LVIII.



# INDEX RERVM ET VOCVM

QVAE IN PRIMO ET SECVNDO TOMO

COMMEN. QVINTILIANI MANDOSII

*Super Regulis Cancellariae continentia.*



Seu ab est excludere in. 18. quæst. res. de Infr. L. mi. nu. 6. & seq.  
Ab usu patrisfamilias sumenda est in interpretatio in. 3. q. prohemii nu. 4.  
Abbatas exempti omnimodam habent jurisdictionem in suos monachos & in locis sibi subiectis iurisdictionem quasi episcopalem in. 2. q. 24. reg. nu. 2.  
Abbatas non possunt suos monachos ad ordines sacros promovere ibi nu. 5.  
Abbatas dicuntur prelati & ordinarii in. 6. q. 26. reg. nu. 4.  
Abbatas est caput omnium beneficiorum regularium in. 3. q. 26. reg. nu. 9.  
Abbatas & episcopatus a iure participantur in. 3. q. 26. reg. nu. 8.  
Abbatissa habet administrationem & dignitatem in. 2. q. reg. de Infr. nu. 2.  
Abbreuiat ores de parco maiori magnæ sunt auctoritatis in. 7. q. 31. reg. nu. 3.  
Ablatiis absoluti conditionem faciunt in. 5. q. reg. de Non iudi. nu. for. sup. nu. 3.  
Absentia Curia in ea perillere solitus, & tunc reuerfus an habeatur pro præente quoad effectum regulæ. 16. in. 32. q. d. d. reg.  
Absens causa Sedis Apostolicæ an gaudeat prærogatiua regulæ. 16. in. 33. q. d. d. reg.  
Absens pro episcopo pro præente habetur in. 33. q. reg. 16.  
Absens pro sua ecclesia pro præente habetur in. 33. q. 16. reg.  
Absens pro R. O. Ecclesia, seu pro sede Apostolica præsentis omnino existimari debet ibi nu. 4.  
Absentes pro sede apostolica ex causa affectata non gaudent prærogatiua regulæ. 16. in. 33. q. d. d. reg. nu. 5.  
Absente principali procurator citari potest in. 69. q. reg. de Annali nu. 4.  
Absolutoria ab imperitis nullam probationem requirit in. 3. q. 18. reg. nu. 5.  
Accedere verbum pro addere, seu subseq. in. 17. q. 31. reg. nu. 10.  
Acceptatio præsumitur debito tempore facta in. 14. q. 31. reg. nu. 15.  
Accessione plerumque concedi, transferri, alienari, distrahi, acquiri quæ non principaliter in. 30. q. 1. reg. 32. nu. 9.  
Accessorium regulatur s. suum principale in. 2. q. 4. reg. nu. 9.  
Accessorium concessum seu sublaturum censetur principali concessio, seu sublaturum ibi nu. 10.  
Accessorium extinguatur extincto principali in. 12. q. 2. reg. nu. 3.

Accidens ad hoc ut denominet subiectum oportet quod ipsi subiecto conueniat in totum, vel pro maiori parte in. 26. q. 16. reg. nu. 8.  
Accoliti de numero participantium an comprehendantur in extra. ad regimen in. 5. q. 1. reg. nu. 1.  
Accoliti ad quid deputantur in. 5. q. 1. reg. nu. 1.  
Accoliti a legato creati an comprehendantur in Extra. ad regimen in. 5. q. 1. reg.  
Accusari non potest res quæ non est in. 7. q. 3. reg. nu. 7.  
Accusatus de delicto cum aliqua qualitate non probata absolui debet in. 3. q. reg. de Non iudi. lux. sup. nu. 18.  
Actio realis firmiter est & plus continet in. 24. q. reg. de Annali nu. 4.  
Actore in termino citationis non comparente non dicitur processum inchoatum in. 37. q. reg. de Anna. li nu. 8.  
Actori in d. s. d. incumbit onus probandi in. 14. q. 31. reg. nu. 2.  
Actoris, & rei eadem est conditio in. 10. q. 7. 1. reg. nu. 3.  
Actum factum ex iure quod putat habere, & non habet, non dicitur disponere secundum ius, quod habet, neque illud amittit in. 25. q. 32. reg. nu. 2.  
Actus coram principe facti omni subtilitate remota subsistentur in. 8. q. reg. de Idiomate nu. 9.  
Actus denominatur ab eo qui principaliter facti non autem a consentum seu obsequium præstante in. 5. q. 8. reg. nu. 7.  
Actus qui non tenuit iterari non potest in. 7. q. 8. reg. nu. 7.  
Actus præsumitur debito tempore factus in. 7. q. 12. reg. nu. 4.  
Actus quilibet iuxta legem de eo loquentem fieri præsumitur in. 8. q. reg. de Non iudi. lux. for. sup. nu. 10.  
Actus pro validitate in dubio præsumendum in. 10. q. reg. de Non iudi. lux. for. sup. nu. 8.  
Actus ille prius factus præsumitur, qui præcedere debebat ut actus valeat in. 6. q. reg. de Veris. nu. 9. Ampliator nu. 10.  
Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur in. 12. q. 31. reg. post num. 3.  
Actus alicuius mentione facta, de valido, & solemniter interpretatio facienda est ibi nu. 5.  
Actus adie curere incipit tempus, quando lex de tempore respectu actus disponit in. 65. q. reg. de Annali nu. 7.  
Ad dicitur perfectionem rei seu actus designat in. 66.